

AD
DOCTISSIMVM
AVTHOREM,

Verè Philosophum per
ignem & aquam.

I

T A C H E N I V S .

Per anagr. dempta aspiratione

At vinges.
vel

I hac tenuis

Quis neget antiquam Chimiam , sanctumq; re-
pertum.

Diuinum Hippocratem quam coluisse ferunt?
HAC iter ad sanctæ naturæ arcana patescit ,

Hac fine vix dignum laude parabis opus :

Hac fine nil Medicus langueti in corpore præstat,
Hac fine nil magni pharmacopola dabit .

I T E N V S H A C C E V I A , Sophiq; docet illa labores
Nec labor absterreat, tetaue monstra simul.

Impiger excutias naturæ arcana latentis ,

Naturæ mystes hic docet alius iter .

Sudor, in ingressu fateor, cum tempore VINCES
Atq; manu Hesperidum carpere poma datur .

II

Igne, & Aqua, Terra, Chimista atq; ære pregnans ,
Non poterit partum non peperisse bonum .

Quatuor hæc etenim centro concludit in uno ,
Vulcano, ingenio dexteritate manus .

* 5 III

I II .

Chimicus arte sua claudit medicamen in uno
Centro, à quo morbum tota caterua fugit .
Quid Iuuat inumeras Medicorum audire cateruas ,
Vnica cum morbis sit Medicina satis ?
Hinc vbi decumbens corpus persenserit intus
Viribus assumptis sit rediuius homo .
Ingenio hanc raro cunctos doctissimus Otto
Artis Apollineæ lausq; decusq; docet .

I V .

Si veram referas portam Chimista reposos
Thesauros reperi, pauperiemq; fugas ,
Nec modo pauperie poteris quoq; pellere morbos
Diuini digiti qui populantur opus .
Clauem, quā portam referas doctissimus Otto
Tradit, & ingenti te instruit arte sua .

V .

Otto Tachenius

Per anagr.

O Titan hoc esto !

Hactenus in tenebris lacuerunt dogmata vera ,
Vmbram pro vero quid tenuisse Iuuat ?
Sed nouus Adriaco qui surgit TITAN Olympo
Lumine Cimmerias discutiet tenebras ,
Candidus o quisquis veri penetralia quæris
HVC ESTO, radijs TITAN ubiq; ferit .
Spargere si pergas orbi tua lumen TITAN
Cantabit radians lumen vterq; polus .

V I .

Ad aureum libellum .

Quò feror en mecum doctissime vade libelle ,
Si mecum vadas non ego solus ero ,
Sic mecum vadet doctissima turba sophorum ,
Quos omnes paruo claudis in hoc opere .

Profundo naturæ mystæ, amico candido
sic ouans applaudit .

Nicolaus Zaffius, Med. D.
Anno quo TV Ies'V LVCEM · Das?

AD